Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift



D xv. K Nov Natale beati Luce evgliste. Qui neq; uxorem
umquam habens. neq; filios. paulum apl'm secutus est. usq;
ad confessionem eius. et seruiens dno sine crimine. cum esset
lxx. triu annorum. obiit in bythinia plenus spu sco. Cuius ossa.
uicesimo anno constantii. constantinopolim translata s. Code die.
sci Asclepiadis antioceni epi. qui unus fuit ex preclaro confessorum nu
mero. qui sub decio passi s. Item rome. scte Triphonie. uxoris
decii cesaris. que uiro suo pro interfectione beatorum Syxti et Lau
rentii diuinitus punito. petiit baptizari cum filia decii cyrilla.
Interitorio beluacensi. sci Iusti Martyris.

xvii. E xiiii. K Nov. Apud alexandriam egypti metropolim. natalis
scorum mrm. Ptolomei et Lucii. sub antonino cognomento pio. Quorum
prior multo tempore squalore carceris maceratus. ad ultimum cum
de xpi magisterio publica confessione testaretur. iussus est duci ad
mortem. sequens quoq; cum se xpianum liberrime fateretur. simile
sententiam excepit. In antyochia syrie. scorum mrm. Beronici. Pe
lagie. et aliorum xl. viiii. In neapoli campanie. scorum Ianuarii
beneuentane ciuitatis epi. Festi et Proculi diaconorum. Desi
derii Cutici et Acutii. qui pro uincla et carceres capite cesi s. in
ciuitate puteolana sub dyocletiano impre.

vi. F xiii. K Nov. Apud auiennem prouintiam. natalis beati Maximi
leuite et mris. Qui patiendi desiderio inquirentibus se persecuto
ribus palam ostendit. et pro responsionum constantiam eculeo suspen
sus ac tortus. dein fustibus cesus. et ad ultimum obrutus occubuit.
In galliis ciuitate agenno. sci Caprasii mris. Qui cum rabiem
persecutionis declinans. lateret in spelunca. orauit ad dnm.
vt si pcerto eum dignum gla mrii iudicaret. ex lapide spelun
ce illius aqua lympidissima emanaret. Quod cum dns continuo
prestitisset. ille securus ad aream certaminis pperauit. et
palmam mrii fortiter dimicando promeruit. Eodem die Quiri